

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843,
enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von
Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.
0409

0407

0413

0403

0418

quasi calx exusta, hortis, agris, et vineis ac habitationibus
inepta.

0398

Undecimo regio illa dicitur esse serpentum, scorpionum
et dipsarum et vermium ac draconum, non quidem tota, sed
in partibus suis, cum sit latissima, diversa habet venenata.
Filiis Israel fuerunt propter murmur immissi ignei serpentes
Numeror. 22 et Rom. 8. Sunt multa loca deserti plena
foraminibus serpentum, alia plena scorpionibus et in locis ubi
aqua, aliqui sunt dracones et crocodili manent et multa
alia genera bestiarum, sicut saepe legimus in Vitis Patrum.
Porro uno duntaxat genere nos vexati fuimus: sunt enim
vermes quidam rotundi, in quantitate avellanae, nigri, multo-
rum pedum, qui dicuntur pediculi Pharaonis, de quibus hu-
mus in aliquibus locis plenus est, et dum homo dormit, accur-
runt et subtiliter sicut pulex sanguinem sugunt, post morsum
tamen relinquunt una cicatrix et unus livor blavus, rubro
permixtus, in quantitate cruciferi denarii, et nisi statim illa
cicatrix ungatur et fricitur succo pomi limonis, mox efficitur
vulnus incurabile et putridum. Praeter illa gignit humus di-
versa minuta animalia, quietem hominis impedientia. Sed et
pediculi in vestibus excessive numero et quantitate crescunt
omni momento. Duodecimo dicitur regio illa locus pessimus,
Num. 20. Et hoc propter omnia praedicta et propter aeris
malitiam et infectionem; pessimus enim aer per desertum est,
durissimus, quamquam aliquando nimis subtilis, calor intem-
peratus et frigus immensum. In una enim contingit hora
itinerantibus, quod nunc sunt in loco, in quo quasi cibano
caloribus uruntur, et post modicum in alio loco frigore grandi
afficiuntur.

0458

Decimo tertio regio illa est locus faunorum et satyrorum,
et sunt dii solitudinum et nemorum, secundum veteris vulgi
errorem. Futura enim olim gentibus enuntiabant, non signis
sed vocibus, et errantibus vias deserti monstrabant. Unde in
Vitis Patrum legitur: dum beatus Antonius per deserta quae-
reret Paulum, vidit e diverso hominem equo mixtum, cui
opinio poetarum Centauri vocabulum indidit. Quo viso, signo
crucis munit frontem, et, heus tyro, inquit, quanam in parte
Dei servus hic habitat? At ille barbarum, nescio quid, infrendens

0358

0508

0308

0908

Ende

Anfang

